

IN CL. PTOLEMAEI

69

ALEXANDRINI, MOTVS LVNAE ET PER ECLIPSES,

& per instrumenti medium deprehensionem, suæq; motus diuersam
variationem demonstrando, declarationes Ioan.

De Monte Regio,

Liber IIII.

*Verum locum Lunæ in ecliptica certius per eclipses Lunares quàm instrumenta, uel considerationes,
respectu stellarum fixarum, aut eclipses Solares deprehendi.*

Propositio I.



RAtet quia semidia-
metrum magnitudi-
nis terre sensibilis
est quãtãtis respe-
ctu, distãtiæ Lunæ à
terra. Ideoq; diuersi-
tas aspectus in Lu-
na cõtìngit, quæ impedimẽto est, ut ue-
rus eius locus per instrumenta uel cõ-
siderationes respectu locorum stella-
rum fixarum, aut eclipses Solares cer-
tus deprehendi non semper possit. In
eclipsibus uerò Lunaribus, cum facile
per principium & finem medium eclì-
psis cognoscatur, in medio uerò Luna
sit diametraliter opposita, ex loco So-
lis per priora cognito certus habebi-
tur Lunæ locus.

*Reditiones Lunæ in circulo diuersitatis suæ, & in
orbe signorum atq; latitudine diuersas uideri.*

Propositio II.

Videmus enim eam sub una
& eadem parte zodiaci nunc
tarde, nunc uelociter, nunc
motu mediocri moueri, nec
eandem semper sub eadẽ parte zodi-
aci seruare latitudinem. Quæ satis no-
bis significat, quod reuersio eius in cir-
culo diuersitatis motus æqualis, est a-
liã reuersione ipsius in orbe signorũ:
Et etiam quod notus orbis eius decli-
uis moueatur in ecliptica, hinc & redi-
tiones in latitudine diuersas esse.

*Qua uia maiores nostri in circulo diuersitatis, atq;
in orbe signorum reditiones Lunæ deprehende-
runt. Propositio. III.*

QVia uiderunt motũ Lunæ ap-
parentẽ diuersum esse, nunc
uelocẽ, nunc tardum, nunc
mediocrẽ: Oportuit in
circulo diuersitatis suæ
quatuor puncta esse, in quorum uno
contingat motus Lunæ uelocissimus,
& in huius opposito tardissimus, & in
duobus medijs mediocris. Quæ quidẽ
pũcta circulum in quatuor portiones
diuidunt. In prima portione motus Lu-
næ est à motu uelocissimo eius ad medi-
um primum, & est uelox diminutus. In
secunda est medius diminutus. In ter-
tia tardus additus. In quarta mediocris
additus. Aspicientes autem quotidie
ad motum Lunæ, scire poterunt, in qua
portione circuli sui Lunamoretur. Ele-
gerũt ergo duas eclipses Lunares, in
quarum unaquaq; Luna in eadẽ por-
tione circuli suæ diuersitatis eadem mo-
tus uelocitate mota esset, unde conie-
cturam fecerunt, Lunã in secunda eclì-
psi rediisse ad punctum sui circuli, in
quo fuit in prima eclipsi, & quod inter-
uallũ tẽporis inter ambas cõtineret in
tegras reuolutiões in circulo suæ diuer-
sitatis: Vtq; tale spaciũ tẽporis certissi-
mè uerificatũ haberẽt, cõsiderauerũt
etiam duas alias eclipses Lunares: In
quibus Luna in portione circuli suæ
diuersi-